Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Sanctimonialis quedam femina fuit, que cor- nis quidem continentiam habuit, sed lingue procacitate ab stulti loquio non cessauit. Hec igitur est defuncta et in ecclesia sepulta. Nocte vero eadem custode ecclesie custos uidit, quod deducta ante alta re per medium secabatur, et pars una illius, scilicet superior igne cremabatur, et pars altera, scilicet inferior intacta re manebat. Mane autem cum fratribus hoc narrasset, et locum ondidisset, ipsa flamme combusti o ante altare ita in mar more apparuit, ac si illic ea dem femina fuisset igne corpore concremata. Hec vij. miracula Gregorius.

## De ymagine mortis. xlv.

Homo quidam fugiens a facie unicornis in magnum quoddam cecidit ba ratrum, et dum rueret, ar bustam quandam apprehen dit, et in basem quandam pedes impressit, et securum tunc tempus se fore credidit. Considerans autem ipsius bara tri profundum, uidit draco nem aspectu terribilem, igne spirantem, os oculosque terribiliter aperientem, et deuo rare eum cupientem. Intu ens uero basem super quam stabat, uidit iiij. aspidum capita de pariete prominentia, eleuans oculos sursum uidit de ramis arbustule exiguum mel distillans. Vidit et duos mures al bum et nigrum corrodentes incessanter radicem arbustu le quam tenebat, et iam pro pe erat ut eam abscide rent. Omnia hec pericula stultus ille non curauit. Propter modicam mellis dul cedinem. Unicornis mors est terribilis, que persequitur et comprehendit genus huma num. Baratrum mundus mortiferis laqueis plenus. Arbustula uite nostre men sura, que abscinditur per duos mures, idest diem et noc tem. Quatuor aspidum capita: iiij. elementa ex quibus constat corpus huma num, quibus corruptis dis soluitur compago humani cor poris. Draco terribilis est patens infernus, qui eos suscipere cupit, qui presentes